

Talking about what is no more.
Texts by Peter of Cornwall (?), Richard of Clive,
Simon of Faversham, and Radulphus Brito.
A Supplement to CIMAGL 3.

Sten Ebbesen

In 1970 this journal presented a series of 13th-century texts concerning the semantics of ordinary common and proper names at times when they fail to have extra-mental bearers, and about the way in which presence or absence of referents for a term — say 'Caesar'— contributes to the truth-conditions of a present-tense sentence in which it occurs, — say 'Caesar is a man'.¹ Some more texts were added by Jan Pinborg in 1971. Soon the investigation of such texts was linked not only to the question of whom Roger Bacon is combatting when he inveighs against people who accept that a term can univocally signify what is and what is not (as was done already in CIMAGL 3), but also to the search for a distinctly British tradition within 13th-century logic. Research following the Bacon-track and/or the British track is represented by papers by H.A.G. Braakhuis (1977, 1985), Alain de Libera (1981), and P. Osmund Lewry (1981, 1985). I myself (1986) have looked closer at the related problem about chimeras and infinitized terms; whereas Desmond P. Henry (1984, 1985) has demonstrated how 20th-century logical tools may help elucidate the medieval talk about *esse quiditativum* etc. Quite recently, at the SIEPM congress in Helsinki 1987, Naida Anna Baccin-Jess presented a paper about the way authors from the modistic period (Petrus de Alvernia, Radulphus Brito, and others) deal with such sentences as 'Homer is a poet' 'Caesar is a man'. The medieval discussion of how to understand talk about things that are no more or not yet seems likely to continue to fascinate students of the past for some time to come.

The texts published below have already, in some form or other, been exploited by recent scholarship. The edition only serves to strengthen the

1. S.Ebbesen & J.Pinborg, 'Studies in the Logical Writings attributed to Boethius de Dacia', CIMAGL 3 (1970) 1-54. Of the texts published there, the pseudo-Boethian question 94 on the *Sophistici Elenchi* (pp.29-34) has later been re-edited in *Corpus Philosophorum Danicorum Medii Aevi VII* (1977), where it bears the number 92.

textual foundations of future research and to round off some work done by two deceased friends, Jan Pinborg (died 1982) and Osmund Lewry (died 1987).

1. *Peter of Cornwall* (?), *Sophisma Omnis homo est* (ca. 1270).

The sophisma (pp. 139-154 below) is transmitted by ms Worcester Cathedral Library Q.13, ff. 48rA-50rA. In the late 1970s several scholars started work on this ms, which was copied by one John Aston round 1295. Thus Lohr listed its contents in 1978 and used its text of William of Sherwood's *Introductiones in logicam V* for a new edition of that work in *TRADITIO* 39 (1983). Pinborg, who in 1979 pointed to the manuscript's importance as a source for the study of English logic before Ockham, started work on an edition of the accompanying scholia (published in *CIMAGL* 47) and of the sophisma "Omnis homo est"; my edition of the sophisma is based on his transcription in its latest form (1980). Simultaneously with Pinborg, Lewry worked on Q.13, taking extensive excerpts in 1979; he did not take steps to work any part of his transcriptions up into an edition, but used the material for his 1981 and 1985 papers about British logic in the late 13th century. Lewry published extracts from *Omnis homo est*, which he attributed to the "obscure figure" Peter of Cornwall, apparently because he assumed that the indication "Explicit sophisma magistri P. Cornubensis" on f. 53rA at the end of the sophisma "Omne grammaticum de necessitate est homo" is valid also for the two preceding sophismata which themselves carry no master's name. Perhaps more important than the author's name is his date. Lewry (1981: 247; 1985: 25) concluded that he wrote the sophisma around 1270 because he uses the example, 'Henricus est rex Angliae', and Henry III died in 1272.

2. *Richard of Clive, Questions on the Metaphysics* (ca. 1272).

In this text, which also comes from ms Worcester Q.13, Henry is an example of a dead man. Lewry (1981: 247) therefore suggested a date shortly after the king's death, 1272/73. It was Lewry who drew attention to the questions I edit, and he himself published large extracts from them (1981, 1985).

3. *Simon of Faversham* (ca. 1280).

I print Simon's question "Whether for the truth of a proposition, reality of its extremities is required" from his commentary on the *Prior Analytics*, — the question was a standard one in such commentaries, cf. qu. I.71 of the anonymous comm. in ms Brugge 509 (47vA) and Firenze Laur. St. Croce 12 sin., 3 (56rA). For Simon's doctrine, cf. his *Quaestiones super libro Elenchorum* (PIMS: Toronto 1984) QN 24 "U. haec sit vera, Caesar est mortuus." Cf. also his forerunner in qu. 92 of *Incertorum Auctorum Quaestiones super Sophisticos Elenchos* (CPhD VII, Copenhagen 1977).

4. *Radulphus Brito* (ca. 1295).

The excerpt on p. 154 is from Radulphus' questions on the *Prior Analytics* and deals with the same question as the text by Simon on pp. 158–60, whose solution is rejected. Question 38 on *Posterior Analytics I* (pp. 161–68) presents Brito's view in more detail. Though these questions have not been printed before, their doctrine has received attention, for there is much repetition in Radulphus' voluminous production of quaestiones, and Pinborg (1971) quoted and interpreted some closely related texts — *Qu. Periherm.* 4, and *Qu. Top.* II.6. Cf. also *Qu. APr.* I.47 and *Sophisma IV* "Sor dicit verum si solus Plato loquatur" which contains a question "Utrum Sorte non existente illa sit vera 'Sor est homo'."

Ratio edendi

I do not follow the manuscripts in matters of orthography, punctuation, or paragraphing.

Sophisma & Richard of Clive. The text of the Worcester Q.13 has been subjected only to mild emendation. The sophisma lacks a determination of its third question, but I doubt that it ever was there. Richard could use some more plastic surgery; his text seems to suffer from the combined evils of sloppy copying and sloppy phrasing in the first place. In emending I have attempted to reconstruct Richard's thought rather than his wording and have allowed some passages with unclear syntax to stand.

Simon of Faversham. I have based my text on ms Merton 292, whose text is excellent. A collation with the much inferior Vienna ms, lat. 2302, only yielded three readings worthy of acceptance (or even mention). I did not collate Ambros. C.161.inf., Paris 16125, or Praha MK L.66.

Radulphus Brito. For *APr. I.44* I have only used ms Bruxelles 3540-47, whose text is satisfactory. Moreover a critical edition is being prepared by Gordon A. Wilson. No edition of Brito's *Qu. APo.* seems to be just around the corner, so I have been more meticulous with qu. I.38 of that work. Out of the seven mss mentioned in Pinborg's list of questions (1975) I have collated four, viz. *B* = Bruxelles, BR 3540/47; *F* = Firenze, BNC, Conv. Soppr. J.V.31; *J* = Paris, BN, lat. 14705; *S* = Salamanca, BU, 2350. *F* contains both scribal errors and wrong conjectural emendations; the remaining mss are all reasonably good. The edition is based on *B*, but the apparatus does not report all of *B*'s private readings; it does however inform about all cases in which I have deviated from *B* without having the united support of the other three mss.

Bibliography

- Bos, E.P. [ed.] (1985): "Medieval Semantics and Metaphysics. Studies Dedicated to L.M. de Rijk." *Artistarium, Supplementa* 2; Ingenium: Nijmegen.
- Braakhuis, H.A.G. (1977): 'The Views of William of Sherwood on Some Semantical Topics and Their Relation to Those of Roger Bacon'; *Vivarium* 15: 111-142.
- (1985): 'Kilwardby versus Bacon? The Contribution to the Discussion on Univocal Signification of Beings and Non-Beings found in a Sophisma ...'; in Bos [ed.] 1985: 111-142.
- & al. [ed.] (1981): "English Logic and Semantics ..." = *Artistarium, Supplementa* I; Ingenium: Nijmegen.
- Ebbesen, Sten & Pinborg, Jan (1970): 'Studies in the Logical Writings attributed to Boethius de Dacia', *CIMAGL* 3: 1-54.
- Ebbesen, S. (1986): 'The Chimera's Diary'; in S.Knuuttila & J.Hintikka [ed.] "The Logic of Being", Reidel: Dordrecht; pp. 115-143.
- Henry, Desmond Paul (1984): "That most subtle question"; Manchester University Press.
- (1985): 'Some Thirteenth-Century Existential Disputes ...'; in Lewry [ed.] 1985: 215-233.
- Lewry, Osmund (1981): 'The Oxford Condemnations of 1277 in Grammar and Logic'; in Braakhuis & al. [ed.] 1981: 235-278.
- (1985): 'Oxford Logic 1250-1275: Nicholas and Peter of Cornwall on Past and Future Realities'; in Lewry [ed.] 1985 : 19-62.
- [ed.] (1985): "The Rise of British Logic" = *Papers in Mediaeval Studies* 7; PIMS: Toronto.
- Libera, Alain de (1981): 'Roger Bacon et le problème de l'appellatio univoca'; in Braakhuis & al. [ed.] 1981: 193-234.
- Lohr, Charles (1978): 'Aristotelica Britannica', *Theologie und Philosophie* 53: 97-99
- Pinborg, Jan (1971): 'Bezeichnung in der Logik des XIII. Jahrhunderts'. *Miscellanea Mediaevalia* 8: 238-281. Rp. in Pinborg (1984).
- (1975): 'Die Logik der Modistae'. *Studia Mediewistyczne* 16: 39-97. Rp. in Pinborg (1984).
- (1979): 'The English Contribution to Logic before Ockham', *Synthese* 40: 19-42.
- (1984): "Medieval Semantics. Selected Studies on Medieval Logic and Grammar." *Variorum*: London.

SOPHISMA <PETRI CORNUBENSIS?>

OMNIS HOMO EST.

Probatio et improbatio patent una cum solutione.

Circa istud sophisma primo quaeratur utrum esse per se dictum possit praedicari de non ente actu, quia si sic tunc posset indifferenter verificari pro entibus et non entibus.

2^o utrum non ens possit dici individuum hominis, et hoc est quaerere utrum Caesare non existente Caesar sit homo.

3^o utrum praedicatum vel aliquid in ipso possit subiectum contrahere ut tantum supponat entia. Istud problema est bipartitum, quoniam uno modo potest hic quaeri de propositione in se non comparando istam ad aliquam aliam, alio modo comparando istam ad suam negativam 'nullus homo est'. De hoc ultimo nihil tangetur.

Ultimo quaeritur an non posita restrictione possit propositio habere veritatem.

I.

Circa primum quod esse per se dictum possit praedicari de non ente actu probatio:

Quando /48rB/ multa sunt in una linea, de quibus praedicantur media, et omnia superiora et transcendentia praedicantur de eisdem. Sed media in genere substantiae ut animal et corpus non exigunt ea de quibus praedicantur esse in actu ut 'homo est animal': non oportet quod subiectum sit ens in actu. Ergo esse quod est transcendens non exigit subiectum esse in actu. Confirmatio huius est quod non dicitur transcendens nisi secundum quod dicitur de omnibus.

Iuxta hoc quaeritur ex quo ens est commune utrum in proposito contrahatur ad esse actu. Et videtur quod nihil ponatur per quod possit contrahi ex puro¹ esse per se.

Isti quaestioni respondebatur quod ista contractio est ex conditione rei et proprietate sermonis. Conditio enim huius

W = Worcester Cath. Q.13: 48r-50r.

1. puro: pō (= ponitur) W.

rei esse est quod in multis inveniatur et simpliciter dicatur² de quibusdam et secundum quid de aliis. Et proprietas sermonis est quod quando aliquid dicitur de duobus, de uno simpliciter et de alio secundum quid, si per se ponatur stabit pro modo famosiori. Ex quo tunc esse praedicatur de esse actu et habitu, et simpliciter dicitur de esse actu et secundum quid de esse habitu, quando tunc per se ponitur stabit pro modo eius famosiori et ita pro esse actu.

Sed semper, ut videtur, stat principale argumentum, ex quo esse per se dictum transcendens est, et non nisi quia dicitur de omnibus aliis; ex quo tunc media possunt dici de non ente actu, similiter et transcendentia.

Item, quod esse actu non sit esse simpliciter, probatio: Secundum Aristotelem "simpliciter dico quod nullo addito dico"³. Sed cum dicitur esse actu non dicitur esse nullo addito. Quare ei simpliciter esse non convenit.

Item, quod esse simpliciter sit esse habitu probatio: quia esse habitu assimilatur esse substantiae, esse actu assimilatur esse accidentis. Sed illud quod assimilatur substantiae magis mereretur nomen entis simpliciter quam illud quod assimilatur accidenti, quare etc.

Item esse habitu est incorruptibile, esse actu corruptibile, quare <etc.>

Primae rationi dicebatur quod 'ens' aliquando est nomen, aliquando participium. 'Ens' nomen transcendens est non exigens subiectum esse manens. 'Ens' participium non est transcendens, et illud exponit hoc verbum 'est'.

Aliter dicitur quod ista propositio 'de quocumque praedicantur media, et omnia superiora et transcendentia' habet intelligi si uniformiter loquamur, ita quod sint media actu et superiora similiter, vel media habitu et superiora similiter. Unde sicut homo et animal conveniunt Caesari sic esse quod est transcendens. Sed hoc est in opinione sola.

2. dicatur: d(icitu)r W. 3. *Arist. Top. 2.11 115b29-30.*

3^o modo dicitur quod non est simile quando hoc verbum 'est' praedicatur secundum et quando praedicatur tertium. Quia quando praedicatur secundum, praedicat quod in se est; quando vero tertium, praedicat inesse, et adeo vere inest habituale habituali sicut actuale actuali.

4^o modo dicitur quod cum sic dicitur 'homo est ens' hic non excludit subiectum esse actu, non tamen sequitur 'homo est'.

Contra primum. Quod non differat ens teneri nominaliter et participialiter videtur: omnia quae sunt eiusdem coniugationis idem significatum habent. Si igitur illud quod significatur per vocabulum nominis sit habitus, et illud quod significatur per participium erit habitus. Non tunc refert dicere ens nomen et ens participium.

Idem⁴ patet in aliis, quia⁵ nos distinguimus de 'scire' penes actum vel habitum, et non distinguitur de 'scientia' sed de 'sciens'.

Item, ab ente derivatur esse, si tunc ens posset distingui et dicere actum vel habitum, similiter esse quod ab ipso derivatur.

Item, quod dicitur per "participium significat esse actu". Contra: participium confusum est ad omnia, ut 'legens disputabit' hoc potest esse vel 'qui legit' vel 'qui leget' vel 'qui legit' pro praeterito, et ita non solum significat praesens in actu.

Contra secundam responsionem arguitur /48vA/ quod non satisfacit argumento, quia qualitercumque tu intelligas illa media sumi cum determinatione, tamen licet ea exprimere sine determinatione aliqua. Bene enim dicitur 'homo est animal' sine aliqua determinatione, ergo hoc quod dico 'ens' potest dici de eo sine aliqua determinatione ut hac determinatione 'actu' vel 'habitu' vel 'opinione'.

Item contra hoc quod dicebatur quod hic significatur esse, in aliis quidem inesse: Non differt dicere quantum ad rem 'homo est' vel 'homo est ens'. Sed sic dicendo 'homo est ens' praedicatur inesse de modo significandi, et distinguibilis est penes actum vel habitum; quare similiter et hic 'homo est'.

4. Idem: i(llu)d W.

5. quia: quod W.

Hoc idem est contra ultimam responsionem, quoniam ex quo non differunt 'homo est' et 'homo est ens' nisi sicut resolvens et resolutum et exponens et expositum, bene tunc sequitur 'homo est ens, ergo homo est'.

Item, hoc idem vult Boethius⁶: hoc verbum 'est' aliquando est copula ita quod extremum, ut quando per se ponitur, et tunc praedicat quod in se est; aliquando est copula ita quod non extremum, et tunc praedicat quod in alio est. Sed verius praedicat inesse quando praedicat quod in se est quam quando praedicat quod in alio est, quia verior est inhaerentia quando praedicat quod in se est, ergo verius debet distinguere penes esse actu vel habitu sic dicendo 'homo est' quam sic dicendo 'homo est animal'.

Item, actus et habitus opponuntur. +Si ergo habitus non exigit suum subiectum esse in actu, ergo nec exigit suum subiectum esse in actu+.

Ad oppositum: Si esse commune est ad esse actu et esse habitu et dicitur de esse actu simpliciter et de esse habitu secundum quid, si per se ponatur stabit pro modo famosiori. Sed hic ponitur per se, et ita stat pro esse simpliciter quod est esse actu.

II.

Secundo quaeritur an Caesar sit homo Caesare non existente.

Et quod haec sit vera 'Caesar est homo' videtur, quia omnis propositio in cuius¹ intellectu subiecti est praedicatum est vera per se. Sed sic est in proposito; quare etc. Probatio minoris: sequitur 'Caesar est, ergo homo est'. Sed ista consequentia nulla esset nisi homo intelligeretur per Caesarem. Quare etc.

Dicitur quod ista consequentia non valet nisi ponendo quod Caesar sit homo.

Alio modo dicitur quod non valet propter subiectum consequentis et propter subiectum antecedentis sed propter adiunctum, ut propter hoc quod dico 'esse', quia esse non potest ei attribui nisi cum fuerit homo.

6. Cf. Boethii Int. ed. 2a, I.3 et V.11. II.1 cuius: qua de malim.

Contra primum: Ea quae sunt signa ad placitum, quod aliquando repraesentant semper repraesentant. Verbi gratia, quia circulus est signum vini, semper videns circulum intelligit ibi vinum, sive fuerit vinum in taberna sive non. Eodem modo ex quo Caesar solum significat hominem et animal et corpus et omnia in linea, sive sit sive non, semper ipsa significabit.

Item, dicit Aristoteles² "voces sunt signa intellectuum" et vult quod illi intellectus sint idem apud omnes, et vult Boethius³ ibidem quod vox primo significat intellectum et ex consequenti rem. Re igitur interempta non propter hoc destruitur vox, quia adhuc habet suum primum significatum ut intellectum. Et illa prima significatio ipsius 'Caesar' erat intellectus hominis et animalis etc. Quare talem significationem adhuc dat intelligere. Ulterius habeo tunc quod Caesar est homo, quia quod primo significatur per Caesarem est in intellectu, et similiter 'homo' hoc quod significat est in intellectu, et hoc verbum 'est' ex quo dicit solam compositionem nihil habet nisi in extremis; tunc est sensus 'Caesar est homo' hoc est "Caesar est homo in opinione sive in intellectu". Et haec est vera.

Item, si 'homo' prima significatione repraesentat res apud animam et illi qui non sunt actu sunt adeo vere apud animam sicut illi qui modo sunt, adeo vere potest de hiis sicut de illis dici.

Item ad principale, nomen accidentis multo verius sonat in actu quam nomen substantiae. Sed nomen accidentis /48vB/ aliquando repraesentat aliquid in opinione secundum Aristotelem; ut 'Homerus est aliquid, ut poeta', hic 'poeta' repraesentat aliquid in opinione, quia secundum Aristotelem⁴ Homerus est poeta <sed> non sequitur 'ergo Homerus est'. Ergo nomen substantiae potest aliquid repraesentare in opinione. Ergo sic dicendo 'Caesar est homo' potest ly 'homo' stare pro homine in opinione. Et sic erit vera.

Item, haec est per se 'Chilus est vivus' et hoc primo modo eius quod est per se secundum Commentatorem⁵, quia secundum

2. *Arist. Int. I 16a3-7.*

3. *Boethius, Int. ed. 2a I.1 (e.g. p.43 Meiser).*

4. *Arist. Int. II 21a25sqq.*

5. *Averroes Metaph. 5.23.*

ipsum praedicatum est de intellectu subiecti. Sed nulla propositio verior <est quam> quae est vera primo <modo> dicendi per se. Eadem ergo ratione et ista est per se 'Caesar est homo'.

Item, non minus differunt differentiae alicuius generis inferioris quam differentiae generis superioris. Illud patet, quia sunt contrariae sicut et illae. Ergo non minus differunt illae "animatum" et "inanimatum" quam illae "corporeum" et "incorporeum". Sed illud quod erat aliquando corporeum, numquam erit incorporeum. Ergo illud quod fuit animatum numquam erit inanimatum. Sed Caesar aliquando fuit animatus, ergo numquam erit inanimatus, et ita semper est animatus, et per consequens haec est vera 'Caesar est homo'.

Item, essentialior est comparatio speciei ad individua quam generis ad speciem. Sed in omni tempore est illa vera in qua praedicatur genus de specie, ergo similiter in omni tempore erit illa vera in qua praedicatur species de individuo. Haec est huiusmodi 'Caesar est homo'; ergo etc.

Respondebatur illi rationi quae probat quod hoc nomen 'Caesar' semper repraesentat hominem quia est significatum. Uno modo sic quod semper signum idem significat, sed aliquando est signum veri aliquando falsi; sicut circulus, si vinum sit in taberna, tunc est signum vini vere; si autem non sit vinum in taberna, semper circulus signum est, tamen falso modo. Similiter in proposito: Caesare existente vere est vox signum intellectus; si non sit, <semper> eius signum est, tamen falso modo.

Contra, semper significat Caesarem et ita de ipso semper potest praedicari.

Item, veritas et falsitas semper respondent complexo secundum Aristotelem⁶, quia nullus intellectus simplex verus-- et hoc loquendo sicut loquimur ad praesens, ut de illa veritate quae est veritas propositionis. Sed Caesar est incomplexum, ergo ei non correspondet veritas vel falsitas.

Dicebatur quod aliquando est signum alicuius ut actualiter entis, aliquando non ut actualiter entis.

6. *Arist. Int. I 16a9-18.*

Contra: tunc est haec distinguenda 'Caesar est homo', <eo> quod possit praedicare actu vel habitu.

Aliter dicitur quod circulus est semper signum vini, sed aliter est signum quando est vinum et quando non, quia aequivoce est signum quando non est vinum in taberna, et sic est 'Caesar' signum in proposito.

Contra, non dicitur aequivoce nisi quod diversa significat. Ex quo tunc semper idem significat non dicitur aequivoce.

Item, eadem ratio quae prius: Vox primo repraesentat intellectum et illum significat destructa re, et a prima significatione dicitur vox aequivoca vel univoca. Sed ista significatio semper est eadem in ista dictione; quare etc.

Item tangebatur aliter, quod vox primo est signum intellectus, et similiter Caesar est signum unius intellectus. Non tamen est haec vera 'Caesar est homo' et hoc propter compositionem ipsam, quoniam compositio non componit intellectus ipsos ad invicem, sed componit res mediantibus intellectibus.

Contra, si sic dicatur 'Caesar est homo', illud quod primo significatur per illam orationem intellectus est. Sed non habet intellectum nisi ab ipsis dictionibus. Sed in primo, in dictionibus, significatur intellectus ergo similiter in orationibus.

Item, Aristoteles non dicit quod intellectus componuntur⁷ nec res, sed plures intentiones in eadem re, ut si quis posuerit multa capita germanorum in eodem collo.

Item, rebus ipsis destructis adhuc manet significatio primaria huius quod dico 'Caesar'. Ponamus tunc quod res hominis destruaturs et res Caesaris, et sic dicto 'Caesar est homo' quod intellectus componantur ex quo res non sunt. Nihil est tunc quod res componuntur mediantibus intentionibus /49rA/ vel intellectibus per sermonem.

Ad oppositum: Non est verum dicere hominem mortuum hominem, sicut recitat Commentator⁸ super librum De anima super ista propositione⁹ "si dolabra esset corpus physicum etc.", quod

7. componuntur: compo(ni)tur W; item in sequenti paragrapho. pp. 141-3 Crawford.

8. Averroes, de An. 2.8.

9. Arist. de An. 2.1 412b11-12.

differententer est in naturalibus et artificialibus, quia in naturalibus ablata forma non amplius manet nomen nisi aequivoce. Sed Caesar fuit res naturalis, ablata tunc sua forma non manet nomen nisi aequivoce. E contrario autem est in artificialibus.

III.

Consequenter quaeritur de coartatione.

Et quod praedicatum non coartat subiectum videtur. Sicut principia rei se habent ad rem, sic principia intellectus ad intellectum. Sed principia rei ita se habent quod quando separata sunt neutrum dat esse alteri nec modum intelligendi. Ergo similiter erit de principiis intellectus. Sed intellectus praedicati distinctus est ab intellectu subiecti. Ergo non potest dare modum intelligendi ipsi subiecto. Sed si praedicatum restringeret subiectum, daret ei modum intelligendi, quare etc.

Dicitur quod intellectus praedicati et subiecti secundum quod distincti sunt neuter dat modum intelligendi alii, sed secundum quod constituunt unum coniunctum. Unde quando debet fieri coniunctum primo accipit intentionem praedicati et postea intentionem subiecti vel e converso (non curo de ordine) et in ista collatione secunda sunt simul.

Contra, qualitercumque componens se habet in anima sua, audiens tamen de hoc nihil scit, sed solum iudicat de sermone quem audit. Sermo significat solum audienti et non proferenti, et in sermone sic audito unum non est principium alterius; quare etc.

Contra opinionem quorundam quae est quod compositio est principium intelligendi subiectum secundum exigentiam praedicati potest sic obici: Compositio non est nisi quaedam relatio et relatio quidquid habet habet ex extremis. Non erit ergo compositio principium intelligendi reliquum extremum, sed extrema sunt principia intelligendi compositionem.

Item, etsi compositio simul fuerit cum extremis et hoc in re, tamen in sermone distans est.

Item, quod tempus non possit coartare videtur: semper enim in qualibet actione agens et passum sunt simul. Sed tempus verbi distinctum est a subiecto, quare non potest agere in ipsum, et ita non potest ipsum coartare.

Item, si tempus coartet subiectum, tunc nomen aliquando habebit tempus pro consignificato. Probatio consequentiae: quid est consignificare tempus nisi simul cum principali significatione habere significationem temporis? Confirmatio huius est, quia participium non semper consignificat idem tempus quod habet ex primaria significatione, quia sic dicto 'sedens surgebat' non solum consignificat tempus praesens, sed etiam praeteritum. Si igitur nomen cum suo significato principali haberet tempus, tunc nomen consignificaret tempus, quod falsum est.

Item, si tempus consignificatum possit coartare propter hoc esse quod est ex alia parte orationis, illud autem quod coartat ratione consignificati est ex eadem parte cum eo quod coartat, quaeritur tunc quae est ratio huius.

Item, cum conditio coartantis sit esse in minus quam coartatum, si tunc illud quod est in minus non coartat, multo fortius nec illud quod est in plus. Sed hoc verbum 'potest' est in minus quam hoc verbum 'est', et non coartat. Quare nec hoc verbum 'est' quod est in plus.

Ad oppositum: Nisi praedicatum possit coartare subiectum vel aliquid ei conferre, numquam diceret Aristoteles hanc propositionem 'b contingit esse a' habere duas acceptiones. Et similiter propositio de inesse ut nunc numquam esset vera.

Item, non aliter dixisset Boethius¹ quod hic fit coartatio: 'Canna Romanorum etc.'

Item, Aristoteles² ponit hanc /49rB/ propositionem 'hoc esse' et vult quod ly 'hoc' sit accusativi casus. Et iterum ponit hanc propositionem 'hoc est' <et> vult quod ly 'hoc' sit nominativi casus. Et ita ad diversitatem praedicatorum causatur diversitas subiectorum. Hoc non esset nisi praedicatum contraheret subiectum, quare etc.

1 Boethius, *Divis. PL* 64: 890B-C. 2. Arist. *SE* 14 173b34-38.

IV

Ultimo quaerebatur an non posita restrictione possit propositio habere veritatem, et videtur quod sic, quia cum hoc verbum 'est' commune sit ad multa, si per se ponatur, stabit pro modo famosiori, et ita pro esse simpliciter, et hoc quia famosius respicit ipsum. Sed in proposito ponitur per se, quare etc.

Item, ponamus quod indifferenter respiceret ea quae sunt actu et ea quae sunt habitu, quia esse non praedicat aliud esse quam quod ei debetur de quo dicitur. Si tunc copulative supponat ea quae sunt actu vel habitu, nihil tunc aliud significat quam quod ea quae sunt actu³ sunt actu et ea quae sunt habitu habitu⁴.

Item, si ista supposita contineantur per naturam diversae appellationis, tunc distinctio adveniēns non reducit ea copulative sed disiunctive ad actum. Is tunc erit sensus: omnis homo qui est est, vel omnis homo qui fuit est, vel omnis homo qui erit est. Sed una istarum causarum est vera, quare tota vera.

SOLUTIO

AD I.

Redeo ad sophisma et dico quod omni modo hic copulatur esse actu et alius modus eius quod est esse. Utrum sit aliquod esse quod sit habitu aliud ab illo esse quod dicitur esse potentia alias quaeretur.

Ad primam rationem, quae fuit haec: "ipsum ens dicitur transcendens quia transcendit omnia", dico quod non transcendens dicitur quia transcendit omnia quoquo modo entia, sed quia transcendit vere entia, ut entia in genere. Unde non pono ea quae sunt habitu vel potentia vel intellectu esse in genere. Et propter hoc non transcendit ipsa.

Sed quid contrahit ipsum quando per se ponitur quin liceat ipso uti pro omnibus ad quae est commune? Dico quod hoc facit condicio rei et proprietas sermonis, quia pono omnes proprietates sermonum referri ad placitum imponentium et utentium. Si

3. actu: vel habitu esse tunc copulabit ea quae sunt actu vel habitu *add. & del. W.*

4. habitu habitu: intellectu intellectu *W.*

enim imponentes rationem habeant, illa voluntaria est, unde voluntas est principium eorum quae sunt ad placitum. Condicio rei est quod cum haec res inveniat in multis, in quibusdam complete, in quibusdam incomplete. Proprietas sermonis, et hoc quantum ex usu est, exigit quod si per se sumatur stabit pro eo de quo dicitur complete.

Sed nonne assimilatur esse actu esse accidentis et esse habitu esse substantiae? Dicendum quod esse habitu est esse essentialium, esse actu est esse entis. Sed essentialium dicuntur res incomplete respectu entium, et solum entia dicuntur completa. Principia enim non sunt completa nisi prout sunt in principiatis. Unde non pono quod esse actu sit esse accidentis, sed est esse substantiarum entium et verius convenit substantiae quam esse habitu. Compositum enim cui respondet¹ esse actu est prima substantia et non omnino dicitur prima² quantum ad actum substandi, sicut ponunt quidam, sed quantum ad rationem substantiae. Similiter si esse temporale et esse perpetuum essent eiusdem, tunc esse perpetuum esset verius esse quam esse temporale. Sed ita non est ex parte ista, quia esse habitu est esse essentialium et esse actu est esse entium, et propter hoc non oportet quod illud esse sit verius. Hoc patet quia universalis sunt perpetua /49vA/ et individua temporalia, et tamen individua sunt verius quam universalis et verius esse habent, quia universalis non habent esse nisi in anima vel in individuo. Unde esse actuale aeternum est verius esse quam aliquod aliud esse. Esse enim actuale est aeternum³ Dei esse.

Mihi videtur quod non debemus distinguere esse per actum et habitum, quia proprie loquendo illae⁴ differentiae tantummodo distinguunt aliquid ubi ad hoc quod aliqua operatio esset in actu non sufficiunt subiectum et praedicatum quae intrinsece respiciunt ipsas actiones sed indigent instrumento vel obiecto quibus deficientibus potest impediri talis operatio. Verbi gratia distinguimus de videre actu vel habitu, unde ad hoc quod videamus non sufficit subiectum ut animal sed oportet quod fuerit instrumentum et obiectum; et similiter est in omnibus talibus quae ita distinguuntur. Quia numquam invenitur

1 respondet: prima sub *add. & exp. W.* 2. prima: sed *add. & exp. W.* 3. est aeternum: *fort. aeternum est scribendum.* 4. illae: i(II)a vel i(t)a W, ut videtur.

ab Aristotele <'***'>⁵ distinctum penes actum vel habitum quia ibi sufficit quod fuerit principium ut subiectum ad hoc quod talis operatio fuerit in usu et non indiget obiecto. Similiter de lucere, et hoc quia lux respicit illud solum quod est de intraneitate rei. Similiter est de esse, quia posito esse in nobis non oportet respicere ad extrinsecum ad hoc quod simus. Propter hoc huiusmodi differentiae non proprie distinguunt esse.

Ad argumentum "opposita nata sunt fieri circa idem", dico quod aliqua opponuntur ut privatio et habitus, et habent fieri circa idem, non tamen est aliquid actu vel habitu, sed est alia substantia simpliciter non concernendo actum vel habitum, quia sic forma exigeret totum compositum pro subiecto, quod falsum est.

AD II.

Ad aliud problema, estne haec vera 'Caesar est homo', dico quod falsa est.

Intelligatis etiam quod nomen semper significat unum +sive non+ sive actu sive alio modo semper nomen idem significat. Et quid est hoc? Dico quod si vocamus intellectum speciem vel similitudinem rei, quod vox non est primo modo signum illius¹ intellectus, et si hoc significet aliquo modo hoc est aequivocae; sed primo et principaliter significat rem, non tamen significat rem simpliciter sed secundum quod apprehenditur. Et differt dicere "rem secundum quod apprehenditur" et "speciem rei", quia species est in anima per se ipsam, et res est in anima per speciem et non est in anima ut in subiecto, sed in re extra.

Hoc supposito <intelligatis quod nomen> primo imponitur ad significandum quandam naturam <***> rem et hoc secundum quod apprehenditur ab intellectu. Unde eandem rem significat quam prius, quia nisi ita esset non posset vere dici quod Caesar fuit homo, quod tamen vere dicitur. Et tamen illud cadaver non fuit homo nec illa species² fuit homo.

5. *Desideratur exemplum (verbum infinitivi modi).*

II.1 illius: rei *add. & exp. W.* 2. species: spēs *W.*

Hoc supposito intelligatis quod nec praesentialitas nec praeteritio nec futuritio nec entitas sunt de intellectu vocis, quia sic dicto 'homo' rem significo et nullam differentiam temporis determino. Et per hoc differt nomen essentialiter a verbo. Unde si res illa sit quae significatur voce, tunc vere possum <ei> attribuere esse de praesenti. Sed si res non sit, tunc non possum vere ei attribuere esse de praesenti. Unde pono quod haec sit falsa 'Caesar est homo', quia illi rei quae aliquando fuit et modo non est attribuitur esse, cum tamen illi non insit sed infuit. Sed si 'Caesar' significaret rem suam aliquando ut ens, aliquando ut non ens, tunc esset vox aequivoca. Sed dico quod nec significat ut ens nec ut non ens.

Intelligatis etiam quod in talibus ubi praedicatur hoc verbum 'est' tertium adiacens illud quod praedicatur est illud quod significatur per vocem appositam quia ibi non praedicatur nisi res illius quod praedicatur. Hoc patet cum dicitur 'Homerus est /49vB/ poeta': primo praedico hoc quod est poeta et postea esse quod debetur poetae. Esse autem poetae est esse secundum poesim, et hoc est esse in opinione vel in significato³ (ita exponit Boethius⁴ illam propositionem), et propter hoc non sequitur 'ergo Homerus est'. Unde cum dico 'Caesar est homo' primo praedico hominem de Caesare et postea esse quod debetur homini, et illud est esse animati. Quia per hoc quod dico 'homo' intelligo corpus compositum et postea <cum> copulo esse Caesari per hominem, tunc attribuo animam Caesari; et hoc est falsum, quia anima est ablata ab ipso, et ideo nullo modo habet esse animati.

Ad primum argumentum "praedicatum est de intellectu subiecti", dico quod non solum praedicatur hic homo sed simul cum hoc consignifico praesentialitatem. Unde homo⁵ intelligitur in ipso subiecto sed praesentialitas non est de eius intellectu, et propter hoc homo +prout consignificat talem praesentialitatem quae denotatur per Caesarem+ non potest de ipso praedicari.

Ad aliud quod fuit ad principale 'Chilus est vivus etc.', dico quod si haec sit vera aliquo modo per se, non tamen ita

3. significato: sing()to W, ut videtur. 4. Boethius, *Int. ed 1a II.11 pp. 164-6; ed. 2a V.11 pp. 374-6 Meiser.* 5. homo: non add. & exp. W.

per se est quod primo modo, sed per accidens quod apponitur^{5a} primo, quia primus modus est quando illud quod cadit in definitione alicuius praedicatur de ipso. Sed 'Chilus' demonstrat aliquod individuum et definitio non est individui sed hominis primo et individui per hominem.

Ad aliam rationem, scilicet ad illam "essentialior est comparatio etc.", dico quod illa ratio procedit ac si essentialis comparatio praedicati ad subiectum sit causa durationis veritatis in propositione. Hoc tamen non est verum. Licet enim sit causa veritatis, non tamen est causa durationis veritatis; sed permanentia rerum est causa durationis veritatis. Propter hoc non potest concludi quod diutius sit una vera quam reliqua quia ibi est essentialior comparatio praedicati ad subiectum. Et hoc patet, quia ex corpore et anima fit verius unum quam ex substantia et accidente quocumque modo dicto, tamen videmus quod sunt multa accidentia quae consequuntur subiectum in omni tempore et tamen separabilis est anima a corpore.

Ad aliud "non minus differunt differentiae generis inferioris etc.", dico quod numquam animatum fiet inanimatum secundum quod sunt differentiae oppositae, etsi aliquando animatum resolvatur in inanimatum. Unde non intelligo quod Caesar sit inanimatus, sed resolvitur in aliud quod fit⁶ inanimatum.

Per hoc respondeo ad illud Commentatoris⁷, quod⁸ in naturalibus ablata forma non magis manet res nisi aequivoce: hoc habet intelligi si nomen debeat significare illud quod est residuum. Et est exemplum suum: si acumen auferatur a securi, et hoc ponendo quod securis fuerit res naturalis, tunc non erit securis nisi aequivoce. Sed ablato acumine 'securis' dicitur de residuo. Et ita non est in proposito, quia 'Caesar' semper significat unum et non dicitur de residuo post ablationem formae.

Sed quare sic dicto 'homo est animal' distinguitur penes duplex esse, et sic dicto 'homo est ens' non? Dicendum quod hoc verbum 'est' nullum esse copulat nisi esse alterius extremi.

5a. apponitur: opponitur W.
pp. 141-3 Crawford.

6. fit: fort. sit scribendum.

7. Averroes de An. 2.8,

8. quod: quia W.

Sciendum etiam quod nomen universalis primo significat essentiam et consequenter ens, individua vero significant ens primo. Si tunc 'animal' est nomen essentiae, tunc potest habere esse actu et esse habitu potest habere, ut patet cuilibet; sed⁹ nomen 'ens' significat ens solum et non essentiam.

AD IV.

Ad aliud de veritate dico quod secundum famosorem modum loquendi vera est, quia secundum famositatem loquendi supposita entia tantum supponit. Et si imponatur 'homo' ad repraesentandum praesentia, praeterita et futura, tamen usus loquendi famosus est uti ipso pro praesentibus tantum quando adiungitur huic verbo 'est' sicut in aliis ut 'omnis homo currit'; similiter +habens+ cum verbo praeterito pro praeterito solum, similiter cum futuro solum pro futuro. Similiter fortasse voluit Aristoteles istam 'b contingit esse a' habere duas acceptiones propter usum /50rA/ loquendi.

Unde nos respicientes ad usum¹ famositatem dicimus quod vera est. Fortassis tamen si consider<ar>emus eam secundum impositionem, diceremus quod 'omnis homo' supponeret tam homines non entes quam entes simul et semel.

Adhuc, quod plus est, si tantum consider<ar>emus virtutem sermonis in talibus 'Canna Romanorum etc.', non plus dicerem 'canna' unius generis quam alterius. Unde in omnibus talibus famositas loquendi debet plus considerari quam virtus sermonis.

Sed videtur quod non possunt simul unica distributione distribui, quia continentur per naturam diversae appellationis. Dico quod distributio reducit omnia ad actum quibus intellectus intelligitur et homo. Unde is est sensus: Omne illud quo intellecto intelligitur homo. Et quia in<t>ellectus hominis verius est in entibus quam in non entibus, famositas loquendi est quod semper reducat ad actum ea quae sunt entia, nec ad hoc cogit virtus sermonis. Illo modo dicitur haec esse vera 'omnis homo est', non nisi respiciendo ad famositatem usus lo-

9. sed: si W.

IV.1 usus: usum cum us suprascripto W; lo add. & del. W. (i.e. usum loquendi scribere incepit).

quendi. Similiter dicendo 'homo est species' non magis supponit<ur> homo in anima quam homo in actu, sed solum est propter hoc quod famose utitur. Similiter cum dicitur 'Henricus est rex Angliae,' praedicatum non contrahit subiectum de virtute sermonis ut stet pro illo Henrico qui est rex, sed solum hoc est propter usum loquendi.

Et sic patet ad quaesita circa hoc sophisma.

Radulphi Britonis Quaestiones super Analytica Priora
Ex quaestione I.44*

Quia Philosophus dicit quod haec non est vera de necessario 'homo canescit', quia non semper homo est, ideo quaeratur utrum ad veritatem propositionis exigatur entitas extremorum. Ad istam quaestionem dicendum (...) Modo dico ad quaestionem quod extrema alicuius orationis vel significant ens verum extra animam vel in anima solum. Si significant ens in anima solum, dico quod ad veritatem talis propositionis non exigatur entitas extremorum extra animam, sed solum secundum animam. Si autem significant ens extra animam, dico quod ad veritatem talis propositionis exigatur entitas extremorum extra animam, et hoc in affirmativis et <in> negativis remotio ipsorum extra animam. Primum apparet, quia veritas orationis consistit in hoc quod est in re sicut significatur in oratione, sicut habetur in Praedicamentis: "Ab eo quod res est vel non est, oratio dicitur vera vel falsa". Veritas igitur quae est in oratione formata de re quae solum habet esse secundum intellectum consistit eo quod ita est in re sicut significatur in oratione; ergo sicut res habet esse, ita habet esse veritas in propositione facta de tali re; modo res ista solum habet esse secundum intellectum,¹ ergo ad veritatem talis orationis sufficit entitatem rei esse secundum intellectum. Secundum declaratur (...) - modo tales res extra sicut homo et animal non significant res quae habent solum esse secundum intellectum, sed rem quae habet esse extra; ergo ad veritatem orationis in talibus rebus exigatur res esse extra animam sicut significatur per orationem. Item, esse rei intellectum est esse eius secundum quid et deminutum; modo terminus non significat esse rei deminutum; ergo isti termini, sicut 'homo' et 'animal', non significant esse rei secundum intellectum.

* B = Bruxelles, BR, 3540/47: 321vB-322rB. ¹ fort. intelligentiam B.

Richardus de Clive
Quaestiones Metaphysicae¹

1. Quaeritur utrum terminus communis significet idem re existente et non existente.

Quod non videtur. Non idem apprehenditur re existente et non existente; sed² illud significatur per vocem quod per eam apprehenditur; ergo non idem significatur.

Contra: Quod in significando nullam respicit temporis differentiam, propter mutationem differentiae temporis non mutatur eius significatum; sed terminus communis est huiusmodi; ergo etc.

2. Quaeritur, dato quod idem significet, utrum aequivoce vel univoce. Et quod non univoce:

Res non habet esse univocum re existente et non existente; si ergo univoce significaret, opposito modo significaret rei ipsi, quia res non habet <esse> univocum cum sit et non sit.

Item, enti et non enti nihil est commune univocum; ergo nec nomen est eis univocum, quia si esset univocum, eadem ratione conveniret enti et non, sc. praesentibus et futuris.

Ad oppositum potest argui sicut argutum fuit ad primam quaestionem.

Ad 1. Ad primam quaestionem dicendum quod idem significat terminus communis re existente actualiter et non existente, et tamen illud quod significatur non est eadem res. Ratio huius est quia nomen non imponitur ad significandum rei existentiam actualem, quia accidens est; significare rei actualem existentiam per tempus³ consignificatur, sed per nomen non consignificatur tempus +nec ex significato+, ergo non significat existentiam nec aliquam differentiam temporis, quia haec accidentia sunt, sed imponitur ad significandum veram entitatem sicut res nata est habere entitatem (hoc dico propter ea quae habent esse in anima), et si entitas rei actu sit vel praeterita vel futura, quia ista sunt ei accidentalia, quamvis de re possit praedicari esse nunc, quia non est de eius essentia, ideo existen-

1. W = Worcester Cath. Q.13: 125rB-vA.

2. sed] quia W.

3. per tempus in mg. W.

tiam rei non significat nec praeteritionem nec futuritionem. Patet tunc quod idem significat, non tamen id quod significat est idem. Et quamvis quid non semper existat actu, tamen semper idem est quod significat, ut 'Willelmus'¹ semper significat Willelmum, quamvis varietur accidentaliter, cum terminus communis quid significet quod invariabile est, ideo idem significat.

Ad argumentum. Dicendum quod "illud per vocem significatur quod per vocem apprehenditur" verum est: primo et per se semper idem significat; quod autem² per apprehensionem vocis³ apprehendis vivum vel mortuum, hoc non est de significato vocis, sed est per aliam apprehensionem. Ut patet: si Henricus⁴ rex est, per 'Henricus' semper idem significatur de vi vocis; si nunc dicatur 'Henricus rex', apprehendis mortuum, sed non de vi vocis, sed per auditum vel per visum vel alio modo; significat ergo primo et per se idem, tamen aliquando per apprehensionem vocis accidentaliter apprehenditur existentia vel non existentia.

Ad 2. Ad secundam quaestionem dico quod significat univoce re existente et non existente. Ad cuius evidentiam nota quid est univocum. Quia *univoca sunt etc.*⁵ non⁶ est sic intelligendum quod eadem res sit in homine et in asino, sed nomen⁷ quando imponitur ad aliquid⁸ significandum prout indifferens est res ad duo et ad neutrum determinatur, ita quod non magis appropriat sibi hoc quam illud, tale dicitur univocum. Sicut <cum> 'animal' imponitur ad significandum rem incompletam indifferenter ad quamcumque speciem quantum de se est, et ideo est definitio eadem secundum illud nomen quod significat quoddam incompletum commune cuilibet, sic est univocatio. Sic in proposito, gratia exempli, 'homo' terminus communis est et aequaliter comparatur ad praeterita et futura et praesentia quantum est de significato suo, et similiter quantum est de modo significandi non significat aliquam differentiam temporis, sed in-

1. Willelmus] W codex W.

2. quod autem] quamvis W.

3. vocis] signi add. & exp. W.

4. Henricus] H W, et sic deinceps.

5. Arist. Cat. 1 1a6.

6. non] nec W.

7. nomen] no()a W.

8. ad aliquid] ord. inv. W.

differententer quantum de se est respectum habet ad omnem differentiam temporis et quid uniuscuius<que> differentiae temporis significat, et nomen idem, ideo est univocum.¹

Sed contra videtur esse quod dicit Aristoteles quod homo significat id quod est homo;² <ergo> sicut humanitas est entitas sic homo est ens.

Dicendum quod duplex est ens vel esse, sc. quidditativum et esse actualis existentiae. Esse quidditativum est quod communiter se habet ad praeteritum et futurum et praesens, et vocat Avicenna illud esse "esse non prohibitum" in 5 Metaphysicae suae,³ i.e. esse tale quod natura non prohibet, et hoc esse indicat definitio. <Et idem innuit Aristoteles cum dicit quod> 'homo' significat illud quod est homo, i.e. non significat non hominem, i.e. significat ipsum quod est hominis, i.e. ipsum quid est, et hoc est esse indifferens ad praesens, praeteritum et futurum, sicut vult Avicenna quod domus heptangula est universale etsi non sit.

Ad argumentum dicendum quod esse accidentalis existentiae non est idem, esse tamen quidditativum est idem, i.e. non diversificatum. Si significaret rem esse vel non esse, tunc significaret aequivoce. Nunc autem non sic est, sicut patuit.

Ad secundum dicendum quod enti et non enti secundum quod ens et non ens nihil commune est univocum, tamen quamvis praesentialitas et futuritio et praeteritio aequivoce conveniant enti existenti vel in ratione entis, tamen quid termini communis, quia in praesenti habet esse [in praesenti] et in praeterito esse habuit et in futuro esse habebit, [et] ratione istius esse univoce continetur, ratione praecedenti aequivoce.

1. est univocum] equivocum W a.c.

2. Arist. Metaph. 4.5 1006a32-34 (?).

3. Avicenna, Philosophia prima 5.1 p.227 van Riet.

Simon de Faverisham
 Quaestiones super Analytica Priora
 I.56¹

Quia Philosophus dicit quod ista propositio 'homo canescit' non habet continuam necessitatem eo quod non semper est homo, ideo quaeritur utrum ad veritatem propositionis² requiratur entitas extremorum.

Et arguitur quod sic:

1. Compositio relatio quaedam est ipsorum componibilium ad invicem; nunc autem esse relationis dependet ex esse extremorum; ergo similiter et veritas compositionis ex entitate extremorum dependebit; quare etc.'

2. Item quod non potest intelligi sine alio non potest esse sine eo; nunc autem compositio non potest intelligi sine extremis (hoc enim verbum 'est' significat quandam compositionem, quam sine compositis non est intelligere); ergo esse compositionis non potest esse sine esse extremorum; quare ad veritatem compositionis requiritur esse extremorum.

Oppositum arguitur.

a. Quia si ad veritatem compositionis requireretur esse extremorum, tunc posito aliquo casu possibili contradictoria essent simul falsa; sed hoc est impossibile; ergo ad veritatem compositionis non requiritur entitas extremorum. Ponatur in casu, et est possibile, quod Socrates non sit; haec ergo est falsa 'Socrates est', et similiter haec erit falsa 'Socrates non est', quia tu dicis quod ad veritatem propositionis requiritur entitas extremorum; significaretur enim quod Socrates qui est non est; sed hoc est falsum; ergo et haec est falsa 'Socrates non est'; ergo haec sunt simul falsa 'Socrates est' et 'Socrates non est', et haec sunt contradictoria, ergo contradictoria essent simul falsa; hoc est impossibile; ideo etc.

b. Item, haec est vera 'homo est animal' sive homo sit sive homo non sit, et tamen non esset ita si ad veritatem compositionis requireretur entitas extremorum. Quare ad veritatem compositionis non requiritur entitas extremorum. Probatio quod haec sit vera sive homo sit sive homo non sit; quia sua opposita, scilicet 'nullus homo est animal', sive homo sit sive homo non sit est falsa.³ Cuius probatio est quia quaelibet universalis nega-

1. O = Oxford, Merton College 292: 126vA-B. W = Wien, ÖNB, lat. 2302: 16vA-B.

2. propositionis] necessariae (?) supra lin. add. B corrector: sive compositionis add. W.

3. est falsa om. O.

tiva includit in se tres habitudines, quoniam includit unam habitudinem quae est praedicati ad subiectum, et aliam quae est¹ subiecti ad quodlibet suppositum, tertia quae est praedicati ad quodlibet suppositum. Prima habitudo negativa est, secunda affirmativa, tertiam negativa. Prima habitudo significatur per maiorem, secunda per minorem, tertia autem per conclusionem; et ideo in omni universali negativa virtute includitur forma syllogismi; et ideo qui dicit quod nullus homo est animal et quod quodlibet suppositum hominis est homo et quod quodlibet suppositum hominis non est animal, dicit in minore quod quodlibet suppositum hominis est homo, sed quod est homo est animal, ergo quodlibet suppositum hominis est animal; et prius dicebatur quod quodlibet suppositum hominis non est animal; qui ergo dicit istam esse veram aliquo modo 'nullus homo est animal' concedit duo opposita; hoc autem est inconueniens, ergo ipsa erit falsa sive homo sit sive homo non sit, et per consequens sua opposita erit vera, sc. 'homo est animal' sive homo sit sive homo non sit. Quare ad veritatem compositionis non requiritur entitas extremorum.

Sicut dicit Commentator Ammonius supra primum Perihermeneias triplex est esse, sc. esse verum extra animam, esse intellectum et esse significatum. Esse verum extra animam habent omnia illa quae possunt habere esse etsi intellectus non sit, et huiusmodi sunt lapis, bos, leo et universaliter omnia illa quae reponuntur in aliquo X generum. Esse intellectum habent illa quae in suo esse ab intellectu dependent, quae non essent si intellectus non esset, et huiusmodi sunt intentiones secundae de quibus considerat logicus, cuiusmodi sunt syllogismus, genus, species. Esse significatum habent ea de quibus intellectus aliquid affirmat vel negat.

Cum ergo quaeritur utrum ad veritatem compositionis requiratur entitas extremorum, dico quod ad veritatem propositionis requiritur entitas secundum esse significatum, iterum et secundum esse intellectum. Secundum esse intellectum quia nihil componitur cum alio in oratione nisi quod intellectus prius simplici intellectu apprehendit; sed illud quod intellectus prius simplici intellectu apprehendit, esse intellectum habet, ut sit;² ideo etc. Iterum et secundum esse significatum, quia omnis propositio est significativa veri vel falsi; ergo ad veritatem propositionis requiritur quod extrema aliquid significant. Ideo ad veritatem compositionis requiritur en-

1. est om. O.

2. sit] sic O.

titas extremorum secundum esse significatum. Et ita illa duo esse requiruntur. Sed ulterius requiritur ad veritatem propositionis entitas extremorum secundum verum esse extra animam? Hic est intelligendum sicut videtur idem Commentator dicere: hoc verbum 'est' in propositionibus quandoque praedicatur secundum adiacens, et quandoque tertium; quando praedicatur secundum adiacens praedicat illud quod in se est; quando autem praedicatur tertium adiacens, praedicat illud quod in alio est. Quando ergo praedicatur secundum adiacens, praedicat illud quod in se est, et tunc ad veritatem compositionis requiritur entitas vera extra animam. Et ratio huius est quia analogum dictum de duobus, de uno per prius, de alio per posterius, quando stat per se stat pro eo de quo dicitur per prius. Nunc autem esse dicitur analogice de esse vero extra animam et de esse deminuto in anima; sed per prius de esse vero extra animam; ergo cum per se stat, stat pro esse vero extra animam; dicendo ergo sic 'homo est', si propositio debeat esse vera, requiritur quod extrema habeant esse extra animam. Quando autem hoc verbum 'est' praedicatur tertium adiacens, distinguo, quia tunc praedicat esse quod competit illi addito; illud autem additum aut determinat se ad esse in effectu aut non. Si illud additum determinet se ad esse in effectu, tunc ad veritatem compositionis requiritur entitas extremorum extra animam; talia autem quae determinant se ad esse in effectu sunt omnia accidentia, ut 'album' 'currere' et similia (accidentia enim habent esse in subiecto ente actu); et ideo ad hoc quod tales propositiones sint verae 'homo est albus' 'homo est currens' requiritur entitas extremorum extra animam. Sed si non determinet se ad esse in effectu sed indifferenter quantum est de natura sua se habet ad esse in effectu et ad non esse, tunc ad veritatem talium propositionum non requiritur entitas extremorum extra animam. Talia autem quae non determinant se ex natura sua ad esse nec ad non esse sunt ut homo et animal et substantiae secundae universaliter; quia si de se essent, non possent non esse; et si de se non essent, non possent esse. Sed illa solum dicunt illud quod importatur per suam definitionem, sed per suam definitionem non exprimitur esse nec non esse. Huiusmodi ergo non determinant se ad esse in effectu vel non esse in effectu, et ideo ad veritatem talium propositionum non requiritur entitas in effectu extremorum, et ideo nullo homine existente haec est vera 'homo est animal'. Sic igitur patet quando ad veritatem compositionis requiritur esse in effectu et quando non.

Ad rationes apparet. Procedunt enim viis suis.

Radulphus Brito

Quaestiones super Analytica Posteriora: I.38¹

Consequenter quaeritur utrum ista sit vera 'Socrates est homo' Socrate corrupto.

Arguitur quod sic:

1. Quia Socrates est Socrates Socrate non existente, Socrate ergo non existente Socrates est homo. Probatio consequentiae, quia in Socrate includitur homo; ideo quicquid est Socrates est homo. Probatio antecedentis, quia idem de se ipso semper verificatur; modo Socrates est semper idem sibi ipsi, sive Socrates sit sive non sit; ergo etc.

2. Item, aut Socrates est Socrates Socrate corrupto aut non²-Socrates. Si sit Socrates, habeo propositum, quia si Socrates est Socrates, Socrates est homo. Si Socrates non est³ Socrates, tunc unum contradictorium verificatur de alio, quod est impossibile; quare etc.

3. Item, Socrate corrupto aut Socrates est Socrates aut non-Socrates. Si est Socrates, ergo est homo, et sic habeo propositum. Si est non-Socrates, ergo Socrates et non Socrates sunt idem. Tunc arguo sicut arguit Philosophus 4 Metaphysicae 'Socrates est non-Socrates, non-Socrates est Socrates, ergo Socrates est Socrates', per illam regulam "Quando alterum de altero praedicatur, quicquid praedicatur de praedicato et de subiecto"; ergo cum non-Socrates praedicetur de Socrate, quicquid praedicatur de non-Socrate praedicatur de Socrate; modo de non-Socrate praedicatur Socrates, quia per te Socrates et non-Socrates sunt idem; ergo a primo ad ultimum: Socrate corrupto Socrates est Socrates; et si Socrates est Socrates, Socrates est homo.

4. Item, quicumque intelligit Socratem intelligit hominem; ergo quicumque componit Socratem cum Socrate componit hominem cum homine; modo componere hominem cum homine est verum, et qui componit hominem cum Socrate componit hominem cum homine; ergo qui componit hominem cum Socrate, dato quod Socrates non sit, dicit verum.

5. Item, terminus communis indifferenter se habet ad quamlibet differentiam temporis. Tunc arguo: illud quod aequaliter se habet ad supposita

1. B = Bruxelles 3540/47: 408vB-410vB; F = Firense BNC Conv.Soppr. J.V.31: 100vB-101rB; J = Paris 14705: 83vA-84rA (95vA-96rA); S = Salamanca 2350: 75rB-76vA.

2. non] est add. BS.

3. non est] est non J.

praesentia, praeterita et futura, aequaliter habet verificari de quolibet supposito praesenti, praeterito et futuro; modo terminus communis aequaliter se habet ad omnia supposita cuiuscumque differentiae temporis; ergo sicut Socrates praesens est homo, ita etiam Socrates¹ praeteritus vel corruptus.²

6. Item, quod aequaliter participat definitionem termini communis cum aliquo, aequaliter participat eius praedicationem cum eo; modo Socrates corruptus et Socrates vivus aequaliter participant definitionem hominis; ergo etc. Maior patet de se. Probatio minoris, quia definitio non dicit esse nec non esse secundum Philosophum primo Posteriorum; ergo indifferenter se habet ad supposita entia et non entia.³ Etiam definitio datur de re secundum quod intellecta est et significata, et non sub esse extra animam, quia res ut existit extra animam particularis est;⁴ modo rei ut particularis est non debetur definitio, ergo quantum ad esse intellectum et significatum debetur rei definitio. Sed quantum ad esse rei intellectum et significatum Socrates non existens ita bene includit hominem sicut Socrates existens; ergo aequaliter verificatur definitio hominis de Socrate non existente sicut de Socrate existente.

7. Item, 4° Metaphysicae dicit Philosophus⁵ quod homo est animal bipes quia hoc significat; ergo videtur dicere quod quando subiectum significat praedicatum, oratio semper est vera; modo Socrate non existente Socrates significat hominem; ergo oratio dicens 'Socrates est homo' est vera.

Oppositum arguitur:

a. Quia Socrates corruptus non est ens, ergo non est homo. Antecedens patet, quia supposuimus Socratem non esse. Consequentia patet per locum a superiori ad inferius destructive.

b. Item, de ratione hominis est esse vivum secundum Philosophum 5° Metaphysicae,⁶ qui vult quod ista est per se 'homo est vivus'; modo Socrate corrupto ipse⁷ non est vivus; ergo etc.

1. Socrates] om. BF.

2. corruptus] futurus S, fort. recte; cf. responsionem.

3. supposita entia et non entia] supposita entis et non entis B: suppositum ens et non ens FJS.

4. particularis est] existit (+ tantum F) particulariter FJS.

5. Arist. Metaph. 4.4 1006a31-32; cf. CPhD VII: 210.

6. Arist. Metaph. 5.18 1022a31.

7. Socrate corrupto ipse (i: Sor S) FJS: Socrates corruptus B.

De ista quaestione diversae sunt opiniones.

I. Aliqui dicunt quod ista est vera 'Socrates est homo' Socrate corrupto quia dicunt quod essentia Socratis manet Socrate corrupto, licet quantum ad esse existentiae corrumpatur. Et dicunt quod esse non est de essentia entis, immo est sibi aliquid additum, et ideo licet corrumpatur quantum ad esse existentiae, tamen quantum ad essentiam suam potest manere.

Istud tamen falsum est, quia generatio et corruptio terminantur ad essentiam rei, et non ad esse accidentale; in hoc enim differunt generatio et corruptio ab alteratione et augmentatione, sicut apparet primo De Generatione,¹ quia alteratio et augmentatio terminantur ad accidens, generatio autem et corruptio² ad substantiam. Tunc arguo: Socrate non existente Socrates est corruptus; ergo post sui corruptionem non est plus ens quam ante³ sui generationem, quia generatio et corruptio est transmutatio totius in totum; cum ergo per generationem acquirat suam essentiam, ergo in corruptione ista essentia est corrupta et nullum esse essentiale remanet, quia generatio et corruptio est quando totum in totum transmutatur nullo sensibili permanente.⁴

Item, illi qui sic dicunt ponunt opinionem Anaxagorae, quam Philosophus reprobatur primo De Generatione,⁵ qui posuit quod omnia actu essent in omnibus et quod generatio non esset aliud quam deoccultatio quaedam⁶ formarum, sicut si ego deoccultarem aliquid sub cappa quod prius erat in actu, istud dicebant esse generationem.

Item, si essentia rei maneret postquam res corrumpitur, aut manet in anima aut extra animam, quia qui ponit aliud esse non est de numero in-

1. Cf. Arist. GC 1.4-5. Similiter Brito in Sophismate IV (Vat. lat. 2173: 217vA): "Item, sicut generatio per se terminatur ad formam substantialem in materia, ita corruptio terminatur ad privationem eius in materia, quia sicut apparet primo de Generatione, alii motus a generatione et corruptione terminantur ad accidentia, sed generatio et corruptio terminantur ad ens per se et ad formam substantialem; ergo per corruptionem in Socrate est privata forma substantialis in materia, et per consequens non est homo."

2. generatio autem et corruptio] et generatio FJS.

3. quam (+ erat F) ante FJS: quantum ad B.

4. permanente BS: remanente FJ.

5. Cf. Arist. GC 1.1.

6. quaedam JS: quarundam B: om. F. Cf. Radulphi Quaest. Top. II.6 a Pinborg (1971) 274-5 laudatam: "Quia si dicas quod supposita praeterita et futura hominis participant naturam eius, cum homo sit verum ens extra animam, iam generandum et corruptum essent vera entia, et sic generatio non esset nisi deoccultatio quaedam alicuius quod prius erat occultum; quod falsum est, immo est quaedam transmutatio totius in totum."

telligibilium,¹ ut dicit Commentator et Avicenna. Sed essentia rei non manet in anima, quia lapis non est in anima, sed species lapidis, secundum Philosophum 3° De Anima;² neque manet extra animam, quia si maneret extra animam, oporteret quod forma talis rei quae dat sibi essentiam maneret et ita talis res non esset corrupta, unde tunc forma substantialis hominis esset in pane ex quo fit sperma antequam homo generaretur, et remaneret etiam postquam esset incineratus. Etiam dato quod esse accadat essentiae, tamen non est tale accidens quod sit separabile, immo est inseparabile, quia qui ponit essentiam sine esse implicat contradictoria, quia corrupto accidente proprio et inseparabili corrumpitur illud cuius est.

II. Aliter dicunt alii. Dicunt enim quod Socrates, sive sit sive non sit, semper significat hominem, et ideo homo semper verificatur de Socrate sive sit sive non sit. Et argumenta istius opinionis tacta sunt in arguendo.

Istud tamen non valet, quia ad verificandum unum de alio mediante verbo essendi non sufficit significare hoc esse hoc, quia tunc omnis propositio affirmativa esset vera in qua significatur subiectum esse praedicatum; sed requiritur quod sicut significatur per talem propositionem ita esse in re.

Et ideo dico quod ista 'Socrates est homo' est falsa Socrate corrupto, et etiam ista 'Socrates est Socrates'.

Primum probatur sic: quia illud non est homo quod non habet propriam operationem hominis; modo Socrate corrupto non habet propriam operationem hominis; ergo etc. Maior patet ex 4 Meteorum versus finem,³ ubi dicit Philosophus quod unumquodque ens habet propriam operationem in quam cum potest est illud, cum autem non potest, non est illud nisi aequivoce; ergo cum aliquis potest exercere propriam operationem hominis est homo, cum autem non potest, non est homo nisi aequivoce; modo Socrates corruptus non potest in propriam operationem hominis, quae est ratiocinari et intelligere; ergo non est homo.

1. intelligibilium **S**: intelligentium **B**: **F** & **J** compendia ambigua praebent, quae tamen potius intelligibilium quam intelligentium significant.

2. *Arist. de An.* 3.8 431b29.

3. *Arist. Mete.* 4.12 390a10-12.

Item suppono a Philosopho in Praedicamentis¹ quod ab eo quod res est vel non est dicitur oratio vera vel falsa. Tunc ergo oratio est vera quando ita est in re sicut significatur in oratione; sed quando non est ita in re sicut per orationem exprimitur, tunc oratio est falsa. Modo dicendo 'Socrates est homo' Socrate non existente significo Socratem esse hominem, et ita non est in re,² ergo ista oratio est falsa. Probatio minoris quia nomine hominis significatur verum aggregatum ex materia et forma; modo Socrate corrupto non est tale verum aggregatum, non enim amplius habet formam substantialem hominis, cum corruptio terminatur ad formam substantialem; quare etc.

Nec etiam ista est vera 'Socrates est Socrates' Socrate corrupto, quia Socrates significat aggregatum ex materia et forma; modo Socrate corrupto non est verum aggregatum ex materia et forma; quare etc.

Tamen propter solutiones rationum est intelligendum quod 'Socrates' et 'homo' non significant esse significatum vel esse intellectum hominis, sed significant esse reale naturae humanae quod habet extra animam, quia si 'homo' significaret esse intellectum hominis, tunc istud esse praedicatum de aliquo praedicaretur accidentaliter secundum intentionem Commentatoris 5^o Metaphysicae,³ ubi dicit quod dicendo 'homo est' si li 'est' dicat esse in anima, tunc est ibi problema de accidente; sed si dicat esse verum, tunc est ibi problema de genere. Modo vox non imponitur ad significandum esse accidentale rei sed esse essenziale; ergo 'homo' et 'Socrates' non significant esse intellectum et significatum hominis et Socratis sed significant verum esse extra animam. Modo illud quod per terminum significatur, subicitur et praedicatur per ipsum; ergo dicendo 'Socrates est homo', ibi praedicatur illud quod nomine hominis importatur; sed istud non potest competere Socrati Socrate corrupto. Ergo etc.

Tunc ad rationes:

1. Ad primam. Cum dicitur 'Socrates est Socrates, ergo Socrates est homo', aliqui negant istam consequentiam et dicunt quod non sequitur 'Socrates est Socrates, ergo Socrates est homo' facta hypothesi quod Socrates sit corruptus.

1. Arist. Cat. 5 4b8-10.

2. ita non est in re JS: in re ita non est B: ita in re non est F.

3. Averroes, Metaph. 5.14; idem locus a Britone in 18a Quaestione super Sophisticos Elenchos laudatur.

Sed potest dici quod ista consequentia est necessaria 'Socrates est Socrates, ergo Socrates est homo', quia 'Socrates' includit hominem in suo significato, et ideo qui ponit Socratem ponit hominem; et ideo potest negari antecedens, cum dicitur 'Socrates est Socrates'.

Et cum probatur "quia idem semper de se ipso verificatur"¹ - dico quod dicendo 'Socrates est Socrates' non praedicatur idem de se Socrate non existente, quia 'Socrates' non significat esse significatum Socratis, sed significat verum esse² extra animam ex vera materia et vera forma, ergo istud praedicatur ibi de Socrate corrupto; modo non est ita in re, ergo non praedicatur ibi idem de eodem, immo diversum de diverso, sicut vivum de mortuo. Unde bene verum est quod quoad rationem significandi sunt idem: ista enim esset vera 'Socrates significat Socratem' vel 'hominem', sed ista non est vera 'Socrates est Socrates.'

2. Ad aliam. Cum dicitur "aut Socrates est Socrates aut non-Socrates", dico quod est non-Socrates, quia ibi praedicatur non-ens de non-ente. Et cum dicitur quod ista contradicunt, dico quod licet contradicant quantum ad esse significatum, tamen facta suppositione quod Socrates non sit, non contradicunt secundum rem, immo sunt idem in re.

Et tu dices: "Contradictio debetur rei secundum quod intellecta est et non ut est extra animam; modo secundum esse intellectum Socrates et non-Socrates contradicunt, ergo simpliciter contradicunt.

Dico quod licet contradictio debeatur rei sub esse intellecto, tamen non debetur sibi pro esse intellecto sed pro esse vero extra animam, quia contradictio debetur termino pro eo quod intelligitur per perminum et significatur. Modo quiditas rei est quod intelligitur et significatur per terminum et non esse eius³ accidentale et deminutum quod est esse intellectum et significatum.

3. Ad aliam. Cum dicitur "Socrates est non-Socrates, non-Socrates est Socrates" etc., dico quod istae propositiones sunt inconnexae,⁴ quia Ammonius 2° Perihermeneias dicit quod hoc verbum 'est' praedicatum tertio adiacens praedicat illud quod est in alio, et ideo dicendo 'Socrates est

1. semper - verificatur] idem praedicatur de se ipso verificatur B: idem praedicatur de se ipso S: idem (illud F) verificatur de se ipso JF.

2. esse] Socratis add. FS.

3. esse eius J: esse rei S: eius B: est F.

4. sunt inconnexae B: non sunt connexae J: non sunt verae F: spat. vac. S a.c.: inconnex.... vel inconvenientes S in mg.

non-Socrates' 'est' praedicat¹ ibi non-Socratem de Socrate corrupto; modo istud est verum. Et cum dicitur ulterius "non-Socrates est Socrates", ista est falsa, quia 'esse' ibi praedicat Socratem de non-Socrate, quod est falsum; quia 'Socrates' significat aggregatum ex vera materia et vera forma, ergo praedicat istud de non-Socrate, et ideo ex ista 'non-Socrates est Socrates' non sequitur ista 'Socrates est Socrates'. Unde quantumcumque Socrates non sit, quia tamen non significat se non esse, ideo hoc verbum 'est' praedicatum 3° aiacens dicendo 'non-Socrates est Socrates' non praedicat non esse Socratem sed esse eius, et ideo si praedicetur de non ente, talis propositio erit falsa, et ita una istarum non sequitur ex alia.

4. Ad aliam. Cum dicitur "Quicumque intelligit Socratem" etc., — verum est; et ideo concedo quod ista est vera 'Socrates significat hominem' Socrate corrupto. Et cum dicitur "Quicumque componit hominem cum homine vere componit, ergo quicumque componit hominem cum Socrate vere componit", dico quod non debet sic concludi, sed sic: 'ergo qui componit hominem cum Socrate componit aliquid quod significat hominem cum aliquo quod significat hominem'; sed istud non sufficit ad verificandum aliquid de aliquo mediante verbo essendi, sed oportet ita esse in re sicut per orationem exprimitur.

5. Ad alim. Cum dicitur "Terminus communis indifferenter se habet" etc., verum est, sic intellegendo quod terminus communis in significando nullam differentiam temporis sibi determinat, qui enim significat hominem significat ipsum indifferenter se habentem ad omnia eius supposita praesentia, praeterita et futura quantum ad rationem significandi activam. Et cum dicitur "ergo sicut Socrates praesens est homo, ita Socrates praeteritus vel futurus²," non sequitur, quia homo non verificatur nisi de eo quod vere est suppositum hominis et quod includit naturam eius; modo supposita praeterita et futura non includunt actualiter naturam termini communis.

Vel aliter potest dici: "Terminus communis" etc., verum est sic intellegendo: id est non determinat sibi aliquod esse significatum temporale, tamen bene determinat sibi esse verum extra animam, ad quod consequitur esse praesens, licet non determinet sibi³ hoc praesens.

1. illud - praedicat om. B.

2. futurus BS: corruptus FJ; cf. rationem principalem, supra.

3. determinet sibi om. FJ.

6. Ad aliam. Cum dicitur "Quod aequaliter participat" etc., concedo. Et cum dicitur "supposita quaecumque sunt huiusmodi", falsum est. Et cum dicitur quod definitio non dicit esse nec non esse, Philosophus sic intendit quod definitio non dicit esse nec non esse¹: id est non est oratio affirmativa vel negativa, quia comparat ibi definitionem ad suppositionem, quae est oratio affirmativa vel negativa, tamen non intelligit quod non dicat esse id est ens extra animam. Et cum dicitur "definitio datur de re secundum quod intellecta est," dico quod licet definitio detur de re² sub aliquo esse intellecto, tamen datur de re pro esse vero quod habet res extra animam et non pro esse intellecto; modo in tali esse extra animam non eodem modo conveniunt supposita entia et non entia, et ita non eodem modo participant definitionem.

7. Ad aliam. Cum dicitur "Homo est animal bipes quia hoc significat", dicendum quod in terminis corruptibilibus sicut 'homo' et 'animal', sicut hoc significat hoc, ita hoc est hoc; tamen hoc non est causaliter quod quia hoc significat hoc quod unum vere dicatur de alio, immo illud "quia" est consecutivum, unde sic debet exponi: 'homo est animal bipes quia hoc significat' "i.e. etiam hoc significat."

1. Philosophus sic intelligit quod (om. F) definitio non dicit esse nec (vel F) non esse FJ: om. BS.

2. secundum quod - de re (definitio & de re a F omissis) FJS: om. B.